



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis criminalibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1766

Titulus XXXI. De Fornicatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68185)

TITULUS XXXI.

DE CRIMINIBUS CARNIS,
ET SPECIATIM
DE FORNICATIONE.

Conf. Lib. V. Decretal. Tit. 16.

§. 405.

ACCEDIMUS denique ad genus *Crimina*
minum, uti frequentissimum, ita *carnis*
præcipue in SS Canonibus abominan- *noxia*
dum, quo non solum animæ in perni- *Reipub-*
ciem præcipitantur, sed etiam in *Re-*
publica politica legitimorum civium *lica.*
numerus minuitur, & magna eorum
pars ad labores & civitatis munia in-
utilis redditur. Crimina Incontinen-
tiæ & vagæ libidinis intelligo.

§. 406. Antequam de singulis, quo- *Conti-*
rum mentio ad præsentem tractatum *mentia*
pertinet, agamus; novum crimen *male ha-*
considerandum est, ex perversis Po- *betur pro*
liticorum quorundam judiciis censura *crimine;*
dignum: tale scilicet est ipsa *Continen-*
tia. Nihil frequentius in conventi-
culis carnalium hominum occurrit,
quam exprobratio Cælibatus a Cleri-
cis & Religiosis observati. Ajunt,
Monachos, antiquitus obsequium
Reipublicæ præstitisse, multiplicando

li 4

genus

genus humanum : hodiernis autem moribus nec hac quidem ratione prodesse Religiosos humano generi: nullum DEI mandatum scire videntur, nisi illud, *Crescite & multiplicamini*: de servanda autem Continentia nihil a DEO constitutum existimant: obligationem naturalem ad procreandam sobolem agnoscunt & prædicant 92.); crassa autem laborant ignorantia consiliorum Christi de iis, qui castraverunt seipfos propter regnum DEI: sunt ex genere illorum, de quibus dixit Servator noster, non omnes capiunt verbum istud. Mirum si molles hi scioli non vituperent ipsum Divinum Salvatorem nostrum ob servatum Cælibatum, & rejiciant doctrinam Pauli, qui cælibatum præfert matrimonio. Si verba, quibus Deus primis nostris parentibus benedixit, habere censentur vim præcepti, abunde satisfacit, si impleatur a tota multitudine hominum; nec opus est, ut

2

92.) Mirantur aliqui, quod ejusmodi dissertationes in suis Universitatibus tradantur Principes, qui se potissimum argui agnoscere deberent, dum milites suos, maxime invitos a nuptiis arcant, & conjugatos ab exercitu suo excludunt.

a quolibet de multitudine servetur. Sufficenter providetur humanæ propagationi, si quidam carnali generationi operam dent, alii vero ab hac absterneant, & aliis functionibus ad salutem humani generis se impendant, sicuti in exercitu quidam castra custodiunt, quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant.

§. 407. Male apud Romanos olim *Non erat* audit Calibatus, cum plurimi, *præ-semper* fertim ex nobilioribus, abstinerent a *estimata* justis nuptiis, non ex virtute, utpo-*apud Ro-* te turpissimis libidinibus fædatis, sed *manos*; ex tædio onerum matrimonialium, quæ ob impotentem nobilium uxorum superbiam videbantur intolerabilia. Unde Augustus tulit Legem Juliam de maritandis ordinibus, qua & innuptis arctiores pœnas statuit, & nuptiis, liberorumque procreationi præmia proposuit. Percussus hac occasione nummus præ oculis mihi est, repræsentans Augustum, qui Germanici liberos in gremium susceptos populo ostentavit 93.); pœnæ autem postea sunt mitigatæ, & præmia aucta per Legem Papiam Poppæam, cujus fre-
I i 5 quens

93.) Suetonius in Vita Augusti c. 34.

quens est mentio in Legibus Romanis 94.)

*Neque
apud
Germanos.*

§. 408. Etiam Germani sæpe abhorrebant a justis Nuptiis; unde ex consuetudine inductum fuit, ut hereditatem hominum priorum utriusque sexus, qui in calibatu moriuntur, capiant domini, nulla relicta libertate testandi, qui est effectus famosi illius juris Wildfangiarus, de quo varii litem moverunt Comitibus Palatinis Rheni 95.). Tales Misogami, qui ex nulla prudente causa nuptias averfantur, germanice vocari solent *Hagestolzen* 96.). Id tamen notandum, nec Romanos, nec Germanos exegisse, ut profus omnes matrimonium contraherent. Apud Romanos Virgines Vestales non adigebantur ad matrimonium: etiam in Germania, nun-

94.) Vid. GRAVINA Orig. Jur. Civ. lib. 3. §. 36. ANTONIUS AUGUSTINUS de Legib. §. de Lege Julia.

95.) Elenchum copiosum harum disceptionum recenset LUNIG in Bibliotheca Deductionum part. 2. verb. Pfalz. Lit. J.

96.) De Jure Magistratum in hominum istorum personas & res scribit SCHOTTELIUS de singularibus in Germania Juribus cap. 1. PFEFFINGER ad Vitriat. tom. 3. fol. 901. seqq.

nunquam pœnæ subjecti fuerunt Clerici, aut qui ex voto castitatem colunt in Monasterio 97.).

§. 409. His præmissis, de veris *Cri- Inconti-*minibus carnis dicendum est, quæ *nentis* communi nomine *Luxuriæ* continentur. *species:* Est autem *Luxuria* usus venerorum contra rationem. Licita enim ea sunt, si rationis ordo fervetur, utpote ad conservationem speciei destinata, quemadmodum cibus & potus ad conservationem individui. Si igitur illa in alium finem detorquentur, est enormis perturbatio ordinis a natura & a DEO præstituti: proin *Luxuria* ex genere suo est peccatum mortale, dicente Paulo 98.): *Qui talia agunt, regnum DEI non possidebunt.* Species ejus sunt I. Fornicatio. II. Adulterium III. Incestus. IV. Raptus. V. Vitium contra naturam, VI. Sacrilegium.

§. 410. Fornicatio simplex est *Con-Fornica-*cubitus humanus naturalis soluti cum *tio;* soluta corrupta. Hanc Lege Divina tam veteris, quam novi testamenti esse graviter prohibitam, dubium non est.

97.) De Cælibatu videantur dicta in opusculo de Hierarch. Eccles. tit. 4. a §. 41.
98.) Epist. ad Galat. V.

est. Prohibitam autem etiam esse jure naturali, ostenditur ex eo, quod concubitus humanus institutus sit a natura ad prolem generandam, alendam, & instruendam; fornicatio autem non ordinatur natura sua ad educationem, instructionemque proles, ad quam necessaria esset conjunctio patris & matris per longius tempus, & quidem ex obligatione, quæ inducitur per justas nuptias: extra has si fornicationes inter eosdem cohabitantes sæpius iterentur, vocatur Concubinatus 99.)

Stuprum; §. 411. Fornicationem Jus Romanum distinguit a *stupro*; hoc enim committi dicitur cum femina virgine, vel honesta vidua. Fornicatio cum corrupta non habebat pœnam; habebat autem stuprum, publicationem partis dimidiæ bonorum, si stupratores honesti sint; si humiles, corporis coercionem cum relegatione 100.). Hodie in foro seculari eadem solet esse pœna fornicationis & stupri, nisi violentia accesserit. Plerumque est mul-

99.) Concubinatus prohibetur in Reform. Polit. anno 1548. tit. 25. & ann. 1577. tit. 26.

100.) §. 4. Instit. de publ. Judic

multa pecuniaria, expositio ad numellas, opus publicum, adjecto aliquo infamiae signo, vel si crimen saepius iteretur, etiam relegatio. Auctior haec poena habet etiam locum in certis circumstantiis aggravantibus, scilicet si longo tempore concubinatus duret sub specie matrimonii; si fornicatio fiat cum persona Hebraea, vel infideli; si tutor aut curator peccet cum sua quondam cliente 1.); si vitium inferatur feminae impuberi, insanæ, ebriæ, dormienti; si vir vilissimæ conditionis ad concubitum pertrahat feminam nobilem, aut conditionis valde honestæ; si ministri Justitiæ peccent cum persona incarcerata. Mitigantur autem ordinariæ poenæ, si sequatur matrimonium delinquentium. Narratur memorabile factum cujusdam Nobilis stuprum inferre volentis, & a virgine reluctante transfossi, qui ante mortem, eandem virginem tanquam uxorem suam declaravit, & bona sua eidem reliquit 2.).

§. 412. In foro Juris Canonici dicitur
Ejus poena in Jure Canonico.

- 1.) L. un. C. si quis eam, cujus Tat. &c. nico.
2.) THUANUS Hist. lib. 66, ad annum 1578.

statuatur pœna stupri, quam Deus in veteri testamento imposuit, ut, qui seduxerit virginem, dormieritque cum ea, dotet eam, & habeat uxorem 3.) Cum igitur hæc sit pœna, consequens est, quod stuprator non teneatur talem puellam ducere, aut dotare, nisi post sententiam Judicis; Judex autem non possit eam imponere, nisi puella sit *seducta*; præsumitur autem seducta, nisi stuprator probet, ab ea occasionem datam, & se ad scelus commotum fuisse. In tali autem casu quamvis puella exigere nihil possit, poterit tamen ejus pater agere actione injuriarum, & æstimationem damni sibi evenientis petere 4.) Clericos ob simplicem fornicationem non posse deponi, communiter tenent 5.); sed puniuntur arbitrio Judicis. Qui autem consuetudinem peccandi cum aliqua contraxit, ut proprie dici possit con-

3.) C. 1. & 2. de Adulter. ubi verba, *dotet & habeat &c.* communiter sumuntur disjunctive vel *habeat &c.*

4.) BAJARDUS Addit. ad Clarum. §. Stuprum. n. 28. BERNARDUS DIAZ pract. Crim. Can. c. 77. quod IGNAT. LOPEZ ponit c. 87.

5.) Cum FELINO ad Cap. 4. de Judiciis n. 13.

concupinarius, severiori poena ple-
ctendus est, juxta decretum Concilii
Tridentini 6.), scilicet privatione
fructuum, & beneficiorum, inhabi-
litate ad beneficia & officia, suspen-
sione ab Ordine, carcere, etiam ex-
communicatione, juxta gradus spre-
tae admonitionis, & pertinaciae in re-
tinendis ejusmodi feminis. Clerico
qui Virginem corrumpit, plerumque
Autores statuunt Depositionis poe-
nam 7.), eumque condemnari volunt
ad praestandam dotem, etiamsi puella
voluntarie vitium admiserit: augeri
autem poena deberet, si violentia ac-
cesserit, cui aequiparantur importu-
nae preces. Sic SOLON, ut PLUTAR-
CHUS in ejus vita observat, suas leges
temperavit, ut nihil censeret inter-
esse, an quis importunis modis in-
ducatur, an vim patiatur; dolum
enim violentiae, & voluptatem do-
lori conferebat, utrovis enim modo
aeque de statu mentis dejici homines
possunt. Verum hoc est, quando a-
gitur de poena pecuniaria, praestanda
dote, amittendo beneficio vel officio:
ubi

6.) Sess. 25. c. 14. de Reform.

7.) Vid. IGNAT. LOPEZ pract. crim. Ca-
non. c. 87.

ubi autem agitur de pœna mortis, non sufficiunt preces, blanditiæ, seu promissa, sed requiritur vis & quidem major, cui resisti sine magno detrimento non potest. Tali vi adhibita, stuprum dicitur violentum, quod juxta Leges Romanas plectitur, prout crimen vis publicæ 8.): hodie in ple-risque Provinciis statuta est pœna gladii 9.).

TITULUS XXXII. DE ADULTERIO.

Conf. Decretal. Lib. V. Tit. 16.

§. 413.

Adulterium

ADULTERIUM est *voluntaria thori alieni violatio*. Juxta Leges Romanas adulterii denominatio solummodo desumitur ex femina maritata, non autem ex viro, qui sive conjugatus, sive solutus sit, proprie non committit adulterium, si peccat cum femina soluta 10.). Cum autem ex Lege
Chri-

8.) L. 3. §. 4. ff. ad Leg. Jul. de vi publ.

9.) Const. Carol. §. 119.

10.) Hæc magis declarantur ab HIER. GUNDLINGIO, a quo doctrina vulgaris majorem a feminis, quam a viris requirens castitatem, examinatur.